UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 147.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Eidem. 147.

Dominus ingratum Iudæorum populum, atque Euangelicæ prædicationi repugnantem, velut Zelotypiæ œſtro concitãs, multos ab oriente & occidente venturos
Matth. 8. eſſe ait, atque cum Abraham, Iſaac, & Iacob, generis ipſorum principibus in cælorum regno recubituros eſſe: legis videlicet fundamento Gratiæ lapides ſuperſtruens, diuinúmque populum cum Patriarchis aggregans, legíſque cum Euangelio coniunctionem oſtendens: eóſque qui in vtroque præclarè atque ex virtute ſe geſſiſſent, laudem ac prædicationem conſecuturos eſſe: eos autem, qui generis opinione ac faſtu gloriantur, & cùm virtute careant, filios tamẽ regni ſe iactant, in ſempiternum cruciatum prolapſuros eſſe.

Τῷ αὐτῷ. ρμζ.

Παραζηλῶν ὁ κύριος τὸν ἀχάριστον δῆμον τῶν ἰουδαίων τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι ἀντιλέγοντα, πολλοὺς ἐλεύσεσθαι φησὶν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν προπατόρων αὐτῶν ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἀνακλιθήσεσθαι, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τοῦ νόμου τοὺς τῆς χάριτος λίθους οἰκοδομῶν, καὶ τοῖς πατριάρχαις συντάσσων τὸν θεῖον λαόν. καὶ δεικνὺς τὴν τοῦ νόμου πρὸς τὸ εὐαγγέλιον συνάφειαν, καὶ τοὺς ἐν ἀμφοτέραις εὐδοκιμήσαντας τευξομένους ἀναρρήσεως, τοὺς δὲ οἰήσει γένους ἐναβρυνομένους, καὶ ἀρετῆς μὲν χηρεύοντας, υἱοὺς δὲ ὑπάρχειν τῆς βασιλείας κομπάζοντας εἰς ἀτελεύτητον τιμωρίαν ὀλισθησομένους.

Cononi Præſidi. 148.

Rerum ac gentium principatus, & thronorum faſtigia: & tribunalium ſeueritates, ſi probis animis coniungantur, verè principatus ſunt, cæleſtem ordinem imitantes. Sin autem in improbas voluntates incidant, tyrannides potiùs exiſtunt, inuitis imperantes, atque illecebræ ac ſuadelæ loco contentiones & ſeditiones machinantes. Quid igitur tu prioribus relictis vnà cum poſterioribus vexaris? Neque enim eos, quibus praes, malo afficis, verùm teipſum ante eos vlciſceris. Siquidẽ ſubditorum temeritas ac petulantia cùm Præſidi alliditur, vehemens eſt, atque eiuſmodi quæ vix fræno coërceri poſſit: in vulgus autem diuiſa, exigua & inuentu difficilis exiſtit.

Principatus cum improba voluntate coniunctus, tyrãnis eſt.

Κόνωνι ἄρχοντι. ρμη.

Αἱ ἀρχαὶ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ τῶν θρόνων τὰ ὑψηλὰ, καὶ τῶν βημάτων αἱ αὐστηρίαι, εἰ γνώμαις φιλαγάθοις συζεύγνυνται, ὄντως ἀρχαὶ τυγχάνουσι, τὴν ἄνω τάξιν μιμούμεναι· ἂν δὲ πονηραῖς προθέσεσι περιπέσωσι, τυραννίδες μᾶλλον ὑπάρχουσιν, ἀκόντων ἄρχουσαι· καὶ ἀντὶ πειθοῦς ἔριδας καὶ στάσεις τεκταίνουσαι. τί τοίνυν τὰ πρῶτα καταλιπὼν, τοῖς δευτέροις συγκακουχεῖς· οὐ γὰρ κακίζεις τοὺς ὑπηκόους, ἀλλὰ σαυτὸν πρὸ ἐκείνων ἀμύνῃ. ἡ γὰρ τῶν δήμων προπέτεια, τῷ μὲν ἄρχοντι προσρηγνυμένη, πολλή τίς ἐστι καὶ δυσήνιος. εἰς δὲ τὸ πλῆθος μεριζομένη, βραχεῖα καὶ δυσεύρετος γίνεται.

Triboniano Epiſcopo. 149.

Epiſcopus, ex ipſo nomine, quid ipſius muneris atque officij ſit, perſpectum habere debet. Eum enim inuiſibilium & occultarum ferarum impetus, eccleſiæ ignauias, Monachorum negligentias, iniquorum hominum improbitates, viduarum cala-

Epiſcopus ex ipſo nomine officij ſui admonetur.

Τριβουνιανῷ Ἐπισκόπῳ. ρμθ.

Ἐπίσκοπος ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τὴν οἰκείαν ὀφείλει οἰκονομίαν ἐπίστασθαι. ἐπισκοπεῖν αὐτὸν χρὴ, τὰς ἐφόδους τὸν θηρῶν τῶν ἀοράτων καὶ τῶν ἀφανῶν, τὰς τῆς ἐκκλησίας ῥαθυμίας, τὰς τῶν μοναχῶν ὀλιγωρίας, τὰς τῶν

ἀδι-